

24

1764.3

14

DECANVS

ORDINIS ICTORVM IN PERANTIQVA
ELECTORALI ACADEMIA
ERFVRTensi

D. RVDOLPH. CHRIST.
HENNE, IC^TV^S

IVDICIT PROVINCIALIS ELECTORALIS ADSESSOR
ET PANDECTARVM PROF. PVBL. ORD.

SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI

DN. RVDOLPHI HENRICI WIL-
HELMI ZIEGLERI

AD DIEM XXIII. AVG. MDCCXLIV.

IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII
ANSELMINI PERAGENDA,

INDICIT,

SIMVLQVE

DE

OPPIGNORATIONE PERSONA-
RVM EIVSQVE CONVENIENTIA

CVM

OPPIGNORATIONE RERVM

QVÆDAM PRÆFATVR.

ERFORDIAE, STANNO HENR. RVD. NONNII, ACAD. A TYP.



DECAVAS
ODINIS ICHOTRUM IN PERANTIOVA
ELICOTRII AGADRII
ERETATENS
D. RUDOLPH. CHRIS.
HERNIE. IC
SOLLEMIU NAVACARIA
MONTISSIMI ET CAVASSIMI MULUM CANDIDATI
D. RUDOLPH. HENRICI M.
HELI. M. NICETRI
IN AVALTOBO LVRIBO GORIBO
VHENMIN HRTGNDY
SIMEONE
DE
RYM. ERNESTI CONAENEINTIA
OPPIGNORATIONE PERSONA
OPPIGNORATIONE REVM
OPPIGNORATIONE REVM
TIBORIUS STANNO HERM. RAY. MONNI. AGD. A. A.





§. I. In iure suorum etiam

Nemo crit, qui inficias ire velit, fidem præcipuum societatis humanæ firmamentum esse ac vinculum, eaque hominum animos coalescere, bella & turbas auerti, & quævis publica ac priuata humani generis commoda promoueri, hinc recte rationes subduxit Romanae eloquentia Princeps CICERO a) statuens, fide non solum quamlibet Rempublicam contineri, sed & maiorem illam gentium societatem, quæ adeo vera sunt, ut & priuata facinorosorum ac furum societates euentantur, fide inter eas pereunte, teste POLYBIO b).

- a) Offic. Lib. 3. & de amicitia cap. 18.
b) Hist. Lib. 4.

§. II.

Sunt autem fidei interponenda modi vel simplices & naturales, vel minus simplices & artificiales, qui etiam subsidia & accessorii vocantur, ad priorem speciem pertinent verba ore prolatæ scriptisque comprehensa, omniaque signa ad

A 2

volun-



voluntatem nostram exprimendam, apta, ad posteriorem classem referuntur, testium exhibitio, iuriandum, cautio iuratoria, fideiussoria & pignoratitia, qui omnes modi ad diffidentiam tollendam sunt intenti, mortales enim spreta illa communi cognitione, quam natura inter eos constituit, hostiles inter se exercent animos, nihilque faciunt reliqui, nisi ut fidei datae vincula variis technis & machinationibus eludant, hisce igitur in officio continentis posteriores modi, natales suos debent, recte animaduerente *HORATIO* a)

Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est
Tempora si fastosque velis euoluere mundi

a) Lib. I. Satyr. III.

§. III.


Eminet autem inter reliquos arctioris fidei nestendae modos, fideiussorum & pignorum datio, recte canente *MARTIALE* a)

Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis,
Idem si pro me spondet agellus, habes
Quod mihi non credis, veteri, Thelesine, sodali
Credis colliculis, arboribusque meis

præstant hi modi tunc præcipuam suam utilitatem, si agendum est cum his, quibus nec religio, nec iuriandum, nec fides superest, quorum petulantia hoc paclio obex est pondens, & perfida cohibenda.

a) Lib. 14. Epigramm. 25.

§. IV.



v

§. IV.

Non vero in sola rerum oppignoratione substitit arctionis fidei vinculum, sed & ex communi cultiorum gentium placo pacta publica obsidibus datis, pignorum vicem gerentibus, firmare, a multis saeculis vsu obtinuit. Hinc obsides sunt persona publica contentione tamquam ciues vnius civitatis alteri ciuitati securitatis gratia, pro eo quod fieri, praestariue oportet obligatae & ea lege tradita, vt donec promissis satisfactum fuerit, apud accipientem maneant, ac praestitis praestandis liberentur & remittantur, conf. SCHILTERA)


- a) In peculiari tractatione Exercitat. ad ff. inserta, de iure obsidum, vbi plena manu de hoc arguento egit.

§. V.

Arclissimam intercedere inter obsides & pignora rerum, cognitionem, ex definitione hac in medium prolata, satis eluet, accessiones enim pactorum sunt pignora, non solum dantis, sed & accipientis gratia, inuenta, illius, vt sibi facilius fidem conciliet, huius, vt eo tutius sit creditum. Eadem ratione obsides accedunt pactis, vt ex parte dantis eo major sit metus pacti violandi, ne in obsides in alterius potestatem datus ac permisso durius quid statuar, & ex parte accipientis eo firmior sit fides promissi inuolabiliter seruandi. Deinde pignus quoad possessionem ad creditorem transit, debitore domino manente, pari ratione obsidum traditione transit illorum detentio, neutquam vero dominium. Ulterius creditor debitore promissis non stante dominium pignoris acquirere potest, eodem modo si fides data ab eo qui ob-

A 3

fides



fides concessit, frangatur, obligatio qua accipiens tenetur ad incitas reddit, obsidibus in plenam accipientis potestatem venientibus, quod nonnulli eo usque extendunt, ut tamquam hostilis reipublicæ membra, interfici possint, conf. *GVNDLING* a) Denique, vt soluto debito pignus creditori est restituendum, ita etiam præstitis præstandis obsides remittendi, nec ob aliud debitum retinendi sunt, hac tamen cum limitatione a *GRO TIO* b) admissa, si alio in casu fidei violata iam profer exemplum, vbi obsides non qua tales & ex pacto obligati retineri possunt, sed Gentium iure, quo subditi ex delicto imperantium obligantur & detinentur.

a) In Iurispr. Nat. Cap. 23. §. 38.

b) De iure belli & pacis Lib. 3. Cap. 20. §. 55.

§. VI.

Ius dandi obsides exercet princeps & ille penes quem est summum imperium, ex hoc imperio igitur fluit potestas non solum in bona subditorum, sed & in illorum personas, ita vt postulante reipublicæ necessitate subditus etiam inuitatus, ad subeundam obsidis personam cogi possit, teste *GRO TIO* a) obligatio enim subditorum ad omnia ea se extendit, quæ reipublicæ necessitas tam tempore belli quam pacis exigit, ex eodem principio prono fluit alioeo, ius accipiendo obsides nemini competere, quam qui summam in republica exercet potestatem, obsides autem dari possunt, nullo habito discrimine, sexus, status, aetatis & dignitatis, conf. *TACITVS* b)

a)

a) De iure belli & pacis Lib. 3. Cap. 20. §. 52.

b) In Germania Cap. 8.

§. VII.


Ex Obligatione qua subditus summo tenetur imperanti, facile etiam decidi potest, quæstio, an obsidi licitum sit fugam capessere? cum enim hoc modo elusoria fieret conuentio, & finis ob quem obsides dati, obtineri nequeat, palam est, fugam obsidi illicitam esse, præsertim cum eo ipso in rem publicam cui ad obsequium tenetur obsess, iniurias fiat, hinc defunctis, dimissis vel fuga elapsis, obsidibus, ut alii illorum vices intrent, res ipsa postulare videtur, conf. *MADERVS* a) in antiquitat. *Brnnsuicensibus & LIVIVS* b)

a) Pag. 127. & 128.

b) Hist. Lib. 24. Cap. 8. & 9.

§. VIII.

Cum obsidum statu, valde affine est pactum obstagii, quo debitores aut eorum fideiusfores in casu non factæ solutionis iusto tempore, obligant se creditori, quod moniti ab ipso vel eius hereditibus, vel soli vel cum comitatu, totidemque equis, quot in instrumento desuper confessi expressi, in locum pacto determinatum velint venire, nec inde recessuri, donec creditori plenissima præstita satisfactio, conf. *BESOLDVS* a) Patescit ex hac definitio ne arctissimum nexus esse huius pacti cum pacto ob-
dionis,



dionis, ut enim obsides eum in finem dantur, ut accipiens magis securus sit, dans vero ad fidem seruandam arciori nexu teneatur, ita obstagia adhibita, ut creditoris magis consultum esset, & debitores metu huius pacti, solutionem coegerentur praesentem, ac de modo soluendi diligenter & crebrius circumspiciant. In eo vero differt hoc pactum a pignore reali, quod ex hoc, non secuta iusto tempore solutione, creditor sibi satisfacere queat, haec vero distractio in obstagio in liberum hominem non cadat, teste *GAILIO b)*

a) In thesauro practico voce *Leistung*.

b) De pace publica Lib. 2. Cap. 2. num. 7.

S. IX.

Quodsi originem huius pacti indagamus, docent nos capitula a *CAROLO M.* legi salicæ addita a) ea iam tempestate illam pro debitis sui ipsius oppignorationem inualuisse, imo & iure Canonico eam approbatam fuisse b) & in Germania speculo Saxonico obtinuisse c) ac eo usque durasse, donec recepto iure Romano Imperii decreto abolita fuit d) quo tamen non obstante in ipsis pacis Westphalicae tabulis e) Holsatis hic mos relictus est.

a) Additam. Caroli ad L. Salicam §. 8.

b) Cap. 9. x. de iurei.

c) Artic. II. lib. 2.

d) Ordinat. polit. de anno 1577. Tit. 17.

e) Artic. 8. §. indaganda.

§. X.

◆ ◆ ◆ ◆ ◆

Cum vero obstagium effectum pignoris ex modo allatis consequatur, ac ille, qui se hoc pacto obstringit, corpus suum pignori obliget, iure autem Romano liber homo pignori dari non possit a) ita etiam de hoc pacto altum in hoc iure est silentium, licet captiuus ab hostibus, a quodam redemptus, redimenti obstringatur, & redimens illum iure pignoris pro lytro retinere possit b) imo etiam pater liberos vendere & oppignorare iure patriæ potestatis queat c)

- a) L. 6. c. quæ res pignor. obl. poss.
- b) L. 15. C. de postlim.
- c) L. 2. C. de patrib. qui filios suos disrāh.

Plura de hoc arguento in medium proferrem, nisi chartæ angustia, qua detineor me breui scribentem faceret, & iste qui mihi hanc paginam fecit, occasione supra adducta l. 6. C. quæ res pign. obl. poss. vberioribus verbis, an, & quatenus personæ iure Romano pignori dari potuerint, in Lectione quani vocant cursoria, acturus sit, est ille

NOBILISSIMVS AC CLARISSIMVS
DN. RVDOLPHVS HENRICVS WILHELMVS
ZIEGLER

IVRIVM CANDIDATVS DIGNISSIMVS
Natus hic est d. 2. Nov. CIQCCXXXVIII. Patre Nobilitimo atque Consultissimo Dn. HENRICO BENI. ZIEGLE-
RO I. V. D. huius Ciuitatis Aedili supremo & omnium dia-
sterio-

* * * * *

steriorum Aduocato Ord. quem adhuc viuentem filiali deueneratur amore, matre SOPHIA WILHELMINA filia Dn. WILHELMI HIÉRON. SOEMMERINGII, I. V. D. omniumque dicasteriorum Aduocati Ord. qua autem anno CICLO CCLI ex vita discessit, cuius immaturum certe adhuc dolet obitum. Parentum prima fuit cura, ut ille sacro fonte a labe originali lauaretur, quod etiam a me tamquam suscepere factum & crescentibus annis ad animam rebus sanctis bonisque expoliendam literis in scholam Michaelitanam missus fuit, in qua sub manu ductione Dn. Præceptorum, Rectorum FRANCKII iam Pastoris ecclesie Vallislebienis ut & pie defuncti SANDERI, THIMROTHII aliorumque fuit, quorum duetu eiusmodi cepit incrementa ut anno MDCCLIII, ad Gymnasium quod hic floret senatoriam legitime fuerit promotus, in quo sub informatione Viatorum doctissimorum pie defuncti Directoris EVSEB. ERNEST. STILERI I. V. D. aliorumque Professorum BESLERI nimurum iam retinendi Ministerii Evangelici Senioris meritissimi & Prof. Ang. Confess. dignissimi, SCHLOTWEINII, porro pie defunctorum WEISSENBORNII sen. & iun. ADELVNGII & ex Dn. STILERI BESLERIque lectioibus priuatis fidelissimis eos fecit profectus ut anno MDCCXLVIII. prius habita oratione valedictoria de Henrico Leonis aduersis fatis, subselliis academicis dignus fuerit indicatus, & deinde statim sub Rectoratu perillustris L. B. de BELLMONT in ciuem fuerit receptus academicum, ubi non tantum stili cultioris fundamentis in Heineccium duetu Prænob. Dn. HADELICHII, linguar. Oriental. & Philosophiae Prof. Publ. & Facult. Philos. Assell, sed & philosophiae præcipue primo incubuit, eamque in Gottschedius Celeb. BAVMERVM Eminentiss. Elec. Mogunt. a Confiliis, Facultat. Med. & Philosoph. Assell, & P. P. O. atque Academ. Scientiar. Vtil. ab epistolis explicantem audiuit. Ius naturæ Nettlebladtianum Prænob. TVRINVVS Histor. & Philos. Praet. P. P. Ord. illum docuit, nec non Philosophiam moralem atque ius naturæ Dariesii Prænob. Dn. RVMPELIVS I. V. D. Gymna-

nasiique Director &c. explicauit. Deinde se ad iuris contulit scientiam, in qua ex ore Celeb. ICti SCHORCHII Sen. Sacri Palat. Cef. Comit. Eminentiss. Elect. Mogunt Regim. Consil. Facult. Iurid. Al-
 sess. nec non Cod. & Iur. Feud. P. P. Ord. Heinecii Institutiones &
 Maseouii Ius feudal ehausit & ab hoc quoque ICto consummatissimo
 Notariatus impetravit munus, meis etiam lectionibus ad Ludouici
 & Wernheri pandectas sedulo intersuit. Prænob. atque Consult. Dn.
 CHRIST. FRIED. EMANVEL SCHORCHIVS iun. iur. P. P. & sci-
 entiarum Vtil. Acad. Mog. Socius Ord. in Text. Institut. Iur. ipsi præ-
 iuit. Priuatum quoque apud supra iam memoratum RVMPELIVM
 Heinecii Elementa iuris, Schaumburgii pandectas, Struuii Ius feu-
 dal. Maseouiique Introd. ad hist. Imp. Rom. Germ. percepit. His
 peractis & absoluto triennio se ad Musas contulit Ienenses, licet eius
 pater quasi in exilio adhuc fuerit deprehensus; (anno enim MDCCCLX.
 Borussorum cohors euin cum aliis vindicem Senatus membris ducebat
 in obsidionem), vbi in disciplinis philosophicis Illustr. DARIESIVS cu-
 ius Fama ad aures Borussorum Regis venit qui Ei docendi munus Fran-
 cfurti ad Viadrum demandauit & SVCCOVIVS ipsi præiuit, quorum
 prior Logicam, Ethicam, Ius Naturæ, posterior vero Mathefin puram
 illum docuerunt. Iuris autem scientiam illi tradiderunt Illustr. HELL-
 FELDIVS, IOACH. ERDM. SCHMIDIVS, IO. LVD. SCHMIDIVS,
 quorum primus non tantum pandectas sed & Ius feudal, criminaleque,
 secundus Ius publ. & Canonicum, tertius autem Ius Germ. Struuique
 iurisprud. forens. illi explanauit. Quos omnes suos Doctores atque
 Praeceptores ad cineres vsque pia mente veneratur, omnigenamque felici-
 citatem ipsi Familisque splendidissimi vere & ex animo appreccatur.
 Silentio quoque non præterendum est, quod Candidatus noster patrem
 suum in captivitate non solum Lipsiae sed & Magdeburgi per aliquot
 menses inuiserit, & Eum facta dimissione tanquam ægrotum ad patrios
 lares comitatus fuerit. Peractis hisce laboribus academicis tandem Ie-
 ne dixit vale & in patriam reuersus Parenti suo in praxi forensi fuit ad-
 iunctus; quare specimena eruditiois adquisita ipsi sunt edenda, idcirco
 Nostram Facultatem per litteras supplices implorauit, vt ad illa ad-
 mitteretur,

* * * *

admissus, utriusque iuris textus apte & erudite interpretando,
& in examine rigoroso ad quæstiones ipsi propositas præclare
respondendo, legalem suam eruditionem in confessu ordinis
nostræ declarauit, ita, ut vanimi calculo summi utriusque iuris
honores cum laude ipsi fuerint decreti. Ut vero voti sui com-
pos reddi queat, publica adhuc restant specimina ex more hu-
iins & aliarum Germania Academiarum edenda. Dicitus est his-
ce solemnibus dies XXIII. Aug. hora IX. matutina, qua lectione
publica ad l. 6. C. que respignor obl. poss. commentabitur, & hac
commentatione finita Dissertationem suam auspicalem

DE NATVRA ET INDOLE CENSVM, PRÆSER TIM-

STATIS TEMPORIBVS SOLVENDORVM

modesta disquisitioni, & contrariarum sententiarum collationi
me Præside subiiciet. Quibus actibus solemnibus, vt Magni-
ficus, summe Reuerendus & Eximius Academia Rector, singu-
larum Facultatum Decani, Seniores & reliqui Proceres vñacum
Generofissimis & Nobilissimis Comitilitonibus, patria & salutis
publicæ spe, interesse, & præsentia sua hisce Actibus decus &
splendorem conciliare velint, ea qua par est obseruantia & hu-
manitate meo & ordinis mei nomine rogo & contendeo. P. P.
Sub sigillo Facultatis Iuridicæ d. XIX, Aug. MDCCLXIV.

(L. S.)

ERFURT, Diss., 1761/67

SS.

ULB Halle
004 995 333

3



VDR8

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13



1764,3
A4
DECANVS
DINIS ICTORVM IN PERANTIQVA
ELECTORALI ACADEMIA
ERFVRTensi
**RVDOLPH. CHRIST.
HENNE, IC_{TVS}**
DICH PROVINCIALIS ELECTORALIS ADSESSOR
ET PANDECTARVM PROF. PVBL. ORD.
SOLEMNIA IN AVGVRALIA
BILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI
. RVDOLPHI HENRICI WIL.
HELMI ZIEGLERI
AD DIEM XXIII. AVG. MDCCCLXIV.
IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII
ANSELMINI PERAGENDA,
INDICIT,
SIMVLQVE
DE
OPPIGNORATIONE PERSONA-
VM EIVSQVE CONVENIENTIA
CVM
OPPIGNORATIONE RERVM
QVÆDAM PRÆFATVR.

ORDIAE, STANNO HENR. RVD. NONNII, ACAD. ATYP.

KENFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE